1665.

Admodum Reverende, Clariſſime et
Doctiſſime Vir, Frater in Chro & Com:
pater plurimum honorande.

Ex ſpecimine Lexici D. Cocceji mihi comunicato de toto libro judicare, quemadmodum (ſecundum illud πολυθρύλλητον) ex ungue leonem cognoſcere, licet. Habet V. C. plurima, q̃ D. Buxtorfiq p.m. præteriit. Dehinc placet accuratio, ac collatio principalium et minus principalium linguarum, inprimis Hebrææ, quæ primatu, ſanctitate & perfectione ſuâ incedit, Græcæ, quæ brevitate juxtaq copiâ verborum feliciſſimâ geſtit, Latinæ, quæ ſingularem nobis ingerit venerem, totumq hunc orbem, quà prope, quà procul, hodie pervolitat, et nostra Germanica, quæ decente gravitate & mirabili ſimplicitate gaudet. Nec diſplicere poteſt, quod C. V. præ aliis ad verborum emphaſin et proprietatem reſpexerit. Ut nunc non ſcribam, Lexicon hoc viam ad optatam verſionem pandere. Magis tamen panderet, ſi, quid in Targum, in verſione Græca LXXII. Seniorum ſeu Interpretum (qui compendii cauſâ LXX. vocantur, quorumq verſio inter X. V. et Græcas verſiones cenſetur celeberrima) in Latina, tum veteri (quæ et vulgata dicitur) tum recenti (quæ noſtrâ aut patrum noſtrorum ætate condita e) in Germanica Lutheri, necnon

D. Avunculus meus Hollenius, si quod conjicere possum, Affinem suum Harmsenium juniorem nominavit. De eo in aurem. Juvenis est forte 25 aut 26 annorum. Probus sane, sed nescio an certe tardus et cunctitans. Docet hic in Gymnasio, sed sine ullo applausu. Applausissent ipsi disputanti studiosi nostri, non manibus sed et pedibus, nisi Rector accessisset, et silere jussisset propter classem Romam. Jo. von Höven eo die, quo mihi ep. tua reddita, vitam cum morte commutabat. Filius, Med. D., nummos suos una cum epistola asservari cupit, donec mandet, qui auferat inde, et sibi ferat. D. Consulis Vebrensis, Jo. Diderici vand Lieth ante decendium aut circiter ad meliores quoque migravit. Septem liberos aut octo superstites reliquit. Avia adhuc vivit. Domino Jo. Henrico gratulor libertatem Academicam, utque patruelem suum epistola quadam compellet. Mater nostra subinde asthmatica et ita angitur, ut tantum non extinguatur. Tres nunc septimanae sunt, quando accurrens illa, et me meamque uxorem advocaret. Sciscitantibus eam respondere non poterat, viva an jam suffocata fuisset. Quotidie igitur pie se parat ad obitum, forte repentinum. Valete maximi et salutate amanter omnes et singuli a me et omnibus meis. Dedi currente calamo Bremae, prid. Cal. Dec. st. v. 1664.

Rev. et Cl. V.

devotissimus cultor

Herm. Coccei[us]

notissima versione Belgica, quid laudet, quidque de[sideret] ... [pru]denter moneret. Ultimo, Lexicon hoc egregium [philo]logiae S. scientiam valde ornabit et augebit, quoniam disserit de origine et significationibus vocabulorum, [ut ae]quivocatio vocis rerumque indoles magis innotescat. C[eterum] ut et de aliis aliorum Lexicis aliquid in medium p[roferam]: solent in iis exhiberi integra disciplina, ut Theologia, [jurispru]dentia, Medicina, Philosophia. Id Lexica Calvini, Goclenii, Micrelii inter alia testantur. Aliquando insigniores ... vel plurimorum autorum sententiae in Florilegia ... gunt, ut Magirus, Langius, Lipsius et alii fecere. ... perat vero (ut mihi videtur) Lexicographia termin[os] ... omnes scientias in unum fasciculum quidam convectere ... qui Pansophias, Encyclopaedias, theatra vitae aut ... tiae humanae proposuere, ut Zwingerus, Alstedius, ... vius et filopares. Verum, quid diutius inter olores ... anser? Fateor, judicium meum, praesertim in hoc ... tio philologico, deque aquila in nubibus (Virum Cele[berri]mum D. Coccejum puto) esse satis tenue. Attamen ... hud ferre fuit volupe, quia vir laudatus vel ... cedit: omnes naturam fecisse judices, et olitorem ... deque opportune fuisse locutum. Vale, et scribilig... am aequi bonique consule.

R. V.

Lutrea, die 29. Dec:
Anno aerae Chri:
stianae 1664.

omni studio ...
Abraham ...
ma[...]